

mentis, sed suum humidum radica-
le, suumque spiritum insitum ob-
tinent, quo animalium, quibus in-
escam cedunt, spiritus insitus calidum
innatum humidumque radicale con-
servatur & instauratur. Quodlibet
enim animal, quicquid est in car-
nibus vel plantis humidi radicalis
calidique insiti suo corpori apponit,
corpori suoque aptum reddit, & *ὄργανον*
facit: reliquum corpus mistum ut
inutile excernitur.

Eorum,
qui cali-
dum hoc
elemen-
tare sta-
tuunt,
senten-
tia.
Alii contra calidum hoc,
spiritumque hunc insitum ele-
mentaris naturae esse, contem-
dunt. Calorem enim omnem esse
ejusdem speciei, atque uni frigori
calorem quemcumque contrariari,
& omni calori frigus esse contrari-
um; augeri etiam & foveri omnem
calorem a calore elementari, atque
ipsum quoque corpus, cui calor hic
inest, non alterius esse, quam ele-
mentaris naturae, statuunt. Neque
enim temere esse multiplicanda en-
tia; cum calidum elementare sub
dominio anime illa, quae calido huic
ascribuntur, efficere possit. Aristo-
telis vero auctoritatem nihil conclu-
dere putant: praesertim cum ratio,
si quae addita, vitiosa sit; atque ignis
igneusque calor non nisi in certo
gradu corruptionis aut in de-
bito vero gradu & proportione bla-
nde omnia foveat, atque animato-
rum etiam generationes promoveat.
Etsi vero tot praestantissimis Phi-
losophis & Medicis dissidentibus
aliquid definire periculosum sit, &

Conclu-
sio.

propterea facile hic quemque suo
sensu abundare permitramus: ta-
men si aliquid dicendum est, existi-
mamus, si omnino hanc rem dili-
genter trutinemus, & non solum a-
ctionum, virium atque effectuum
hujus spiritus nobilitatem, quae ipsi
ob animam, cujus instrumentum est,
sed & ex sua natura, ut a prioris sen-
tentiae patronis monstratum est,
convenit, perpendamus: alterutrum
statuendum videtur. Vel enim fa-
tendum, spiritum hunc non ex e-
lementis componi, nobiliorisque
quam elementa esse naturae, neque
suam originem primo ab elementis
traxisse, sed a Creatore cum ipsis
rerum seminibus elementis inditam
fuisse. Vel si concedatur, esse hoc
corpus elementare: illud omnino
statuendum est, habere suam essen-
tiam a peculiari forma, de qua infra
lib. 5. part. 1. cap. 2. dicetur, a qua illa
ejus praestantia nobilioresque acti-
ones proveniunt, & ob quam celo
dicatur analogum. Ut enim caelum,
si in eo compositio est ex materia
& forma (negat enim hoc Aven-
roes) non aliam, quam haec subluna-
ria, habeat materiam, ut sentit qui-
dem Scaliger, *exerc. 17. & 61.* & ne-
cessario omnes sentire videntur,
qui in caelo compositionem ex ma-
teria & forma admittunt: tamen
ob formam, quae est nobilior, quam
elementorum formae, & suam mate-
riam sibi ita devincit, ac disponit,
ut ad alias formas recipiendas po-
tentiam particularem non habeat,
actio-